



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XX. De spe quantum vitia opposita. Et primo de desperatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

boni adepti amor immutabilis, est profecto si dici potest, mali cauendi timor, securus est. Timoris quippe casti nomine, ea uoluntas significata est, qua necesse erit nolle peccare, & non sollicitudine infirmitatis, ne forte peccemus, sed tranquillitate charitatis cauere peccati: Aut si nullius omnino generis timor ibi esse poterit, ita fortasse timor in seculum seculi dictus est permanens, quia id permanebit, quo timor ipse producit.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod in autoritate praedicta excluditur a beatis timor sollicitudinem habens, de malo praecauens, non autem timor securus, ut Augustinus * dicit.

AD SECUNDUM dicendum, quod sicut dicit Dionysius, cap. 7 de diu. no. Eadem, & similia sunt Deo & dissimilia. Haec quidem secundum contingentem non imitabilis imitationem, id est, in quantum secundum suum posse imitantur Deum, qui non est perfecte imitabilis. Haec autem secundum quod hic causa minus habent a causa infinitis mensuris, & incomparabilibus deficientia. Unde non oportet, quod si Deo non conuenit timor, quia non habet superiorem, cui subiiciatur, quod propter hoc non conueniat beatis, quorum beatitudo consistit in perfecta subiectione ad Deum.

AD TERTIUM dicendum, quod spes importat quandam defectum, scilicet fruitionem beatitudinis, quae tollitur per eius praesentiam: sed timor importat defectum naturalem creature, secundum quod in infinitum distat a Deo: quod etiam in patria remanebit. & ideo timor non euacuabitur totaliter.

ARTICVLVS XII.

Utrum paupertas spiritus sit beatitudo respondens dono timoris.

* lib. 14. de ciuita. Dei, ca. 9. a med. tom. 5. 7 ca. 9. a med. die illius.

Inf. q. 122. ar. 2. co. Et 2. di. 24. q. 1. ar. 4. & 6. or. * ar. 7. huius quae.

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur quod paupertas spiritus non sit beatitudo respondens dono timoris. Timor enim est initium spiritualis uitae, ut ex * dictis patet: sed paupertas pertinet ad perfectionem uitae spiritualis, secundum illud Mat. 19. Si uis perfectus esse, uade, & uende omnia quae habes, & da pauperibus, ergo paupertas spiritus non respondet dono timoris.

¶ 2 Praet. In psalm. 118. dicitur. Confige timore tuo carnes meas. Ex quo uidetur, quod ad timorem pertineat carnem reprimere: sed ad repressionem carnis maximè uidetur pertinere beatitudo luctus. ergo beatitudo luctus magis respondet dono timoris, quam beatitudo paupertatis.

¶ 3 Praet. Donum timoris respondet uirtuti spei, sicut dictum * est: sed spei maxime uidetur respondere beatitudo ultima, quae est: Beati pacifici, quoniam filii Dei uocabuntur, quia, ut dicitur Rom. 8. Gloria in spe gloriae filiorum Dei. ergo beatitudo illa magis respondet dono timoris, quam paupertas spiritus.

¶ 4 Praet. supra dictum * est, quod beatitudinibus respondent fructus: sed nihil in fructibus inuenitur respondere dono timoris. ergo etiam neque in beatitudinibus aliquid ei respondet.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit in lib. * de sermone Domini in monte. Timor Dei congruit humilibus, de quibus dicitur: Beati pauperes spiritu.

RESPON. Dicendum, quod timori proprie respondet paupertas spiritus. Cum enim ad timorem filialem pertineat Deo reuerentiam exhibere, & ei subditum esse, id quod ex huiusmodi subiectione consequitur, pertinet ad bonum timoris. Ex hoc autem

Ar. 9. ad i.

1. 2. q. 70. ar. 3.

mediu to. 4. Li. c. 9. ante

F quod aliquis Deo se subiicit, definit quiescere, uel in aliquo alio magnificari, nisi in Deo. n. repugnaret perfecta subiectioni ad Deum dicitur in Psalm. 19. Hi in curribus, & hi in autem in nomine Dei nostri in uocabuntur. ex hoc, quod aliquis perfecte timet Deum, quens est, quod non quærat magnificationem superbiarum: neque etiam quærat magnificationem bonis, scilicet honoribus, & diuitiis, utrumque pertinet ad paupertatem spiritus, quod paupertas spiritus intelligi potest in uoluntate inflati & superbi spiritus, ut * Augustinus nit: uel etiam abiectione temporalium rerum spiritu, id est, propria uoluntate per inhiatibus tustanti, ut Ambrosii. & Hieron. exponunt.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod beatitudo sit actus uirtutis perfectæ, omnes beatitudines ad perfectionem spiritus uita pertinet, quidem perfectione principium esse beatitudinis ad perfectam spiritualium bonorum perfectionem, terrena bona contemnat, sicut magister. m. num locum habet in donis. Non autem perfectio in ipsa temporalium bonorum perfectione, sed hæc est uia ad perfectionem. Timor filialis, cui respondet beatitudo paupertatis, est cum perfectione sapientiae, ut supra dictum est.

AD SECUNDUM dicendum, quod dicitur ponitur subiectioni ad Deum, quam facit filialis, in debita magnificatio hominis uel in uel in alijs rebus, quam delectatio extrinsecus opponitur timori ex consequenti, quod reueretur, & ei subditur, non delectatio in se, sed tamen delectatio non pertinet ad timorem, quam respicit timor, sicut magnificatio directe beatitudo paupertatis respondet beatitudo autem luctus ex consequenti.

AD TERTIUM dicendum, quod spes motum ex habitu ad terminum ad beatitudinem dicitur: sed timor importat magis motum ad beatitudinem recessus a termino a quo. Et prima beatitudo, quæ est spiritualis perfectio, congrue respondet spei per modum timoris: sed prima beatitudo, quæ est per se, exterioribus impediens beatitudinem, congrue respondet timori.

AD QUARTUM dicendum, quod beatitudo illa, quæ pertinet ad moderatum timorem, stincentiam a rebus temporalibus, uideatur timoris conuenire, sicut modestia, continentia.

QVAESTIO XX.

De uitijs oppositis, in quatuor articulos diuisa.

K E I N D E considerandum est de uitijs oppositis. Et primo, de desperatione. Secundo, de presumptione.

CIRCA primum quaeruntur quatuor.

¶ Primo, Utrum desperatio sit peccatum.

¶ Secundo, Utrum possit esse sine infidelitate.

Ad hoc dicitur, quod profens doctrina nec contrariatur superioris: excipit ab illa, sed confirmat illam.

¶ Tertiò, Vtrum maximum peccatum.

¶ Quarto, Vtrum oriatur ex accidia.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum desperatio sit peccatum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod desperatio non sit peccatum. Omne enim peccatum habet conuersionem ad commutabile bonum cum auersione ab incommutabili bono, ut per Aug. patet in 1. li. de lib. arb. sed desperatio non habet conuersionem ad commutabile bonum. ergo non est peccatum.

¶ 2. Præ. Illud quod oritur ex bona radice, non uidetur esse peccatum, quia non potest arbor bona fructus malos facere, ut dicitur Matt. 7. sed desperatio uidetur procedere ex bona radice, scilicet ex timore Dei, uel ex horrore magnitudinis propriorum peccatorum: ergo desperatio non est peccatum.

¶ 3. Præ. Si desperatio esset peccatum, etiam damnatis esset peccatum quod desperant: sed hoc non imputatur eis ad culpam, sed magis ad damnationem. ergo neque uicioribus imputatur ad culpam: & ita desperatio non est peccatum.

SED CONTRA. Illud, per quod homines in peccata inducuntur, uidetur esse non solum peccatum: sed principium peccatorum: sed desperatio est huiusmodi, dicitur. n. Apostolus de quibusdam, ad Ephel. 4. Qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiae in operationem omnis immunditiae, & auaritie, ergo desperatio non solum est peccatum, sed aliorum peccatorum principium.

RESPON. Dicendum, quod secundum Philosoph. in 6. sexto Ethicorum. Illud quod est in intellectu affirmatio, uel negatio, est in appetitu prosecutio, & fuga: & quod est in intellectu uerum, uel falsum, est in appetitu bonum, & malum. Et ideo omnis motus appetitiuus conformiter se habens intellectui uero, est secundum se bonus. Omnis autem motus appetitiuus conformiter se habens intellectui falso, est secundum se malus, & peccatum. Circa Deum uero uera existimatio in intellectu est, quod ex ipso prouenit hominum salus, & uoluntate. Odio enim habere nihil aliud est, quam abnegare illud a suo appetitu: hoc autem non solum est auertere amorem ab illo, sed contra illum etiam appetere. Unde sicut conuertens gladium ad aliquem occidendum, conuertit quidem se ad illum, sed conuersione occisoria in huiusmodi peccatis est conuersio ad incommutabile bonum offensiuum. Et ideo auctori litera dicit huiusmodi peccata principaliter consistere in auersione a bono incommutabili. Verigo cuncta iuxta uocabula auctoris clare uideas, diligenter auersionem ab incommutabili bono i formalem, & obiectiuam: & perspicue primo, quod auersio formalis est, quae communis est omni peccato mortali, & dicitur formale in peccato mortali, & non esse illam, de qua hic dicitur, quod est principaliter intentata, & esse illam de qua superius dictum est, quod non specificat peccata. Perspicue secundo, quod auersio obiectiua Dei, quae consistit in conuersione offensiuam Dei, ut proprie materiae, & obiecti illius conuersionis, est de qua hic dicitur, quod est principaliter intentata. Et probatur hanc esse mentem auctoris clare ex causa subiuncta, scilicet, quia uirtutes theologice habent Deum pro obiecto. Hoc enim manifestat, quod de auersione ex parte obiecti loquitur, & sic oia continentur. At si Notandus, aut scilicet quisquam dubitet, uel opponat, quia res ipsa iuxta argumentum intelligenda est, & arguendo de auersione formalis uerbo est, patet facile responso, quod argumentum de conuersione ad commutabile bonum principaliter querebat, & fuisse illi satisfactum per illam distinctionem, principaliter uel concomitantem ad perfectionem doctrinae auctori docuit hic auersionem ab incommutabili bono dupliciter in quibusdam peccatis inueniri, formaliter, & obiectiue, ut declarati est.

nia peccatoribus datur, secundum illud Ezech. 18. Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & uiuat. Falsa autem opinio est, quod peccatori penitenti ueniam deneget, uel quod peccatores ad se non conuertat per gratiam iustificationem. Et ideo sicut motus spei, qui conformiter se habet ad existimationem ueram, est laudabilis & uirtuosus: ita oppositus motus desperationis, qui se habet conformiter existimatiõni falsae de Deo, est uitiosus, & peccatum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod in quolibet peccato mortali est quodammodo auersio a bono incommutabili, & conuersio ad bonum commutabile, sed aliter & aliter. Nam principaliter consistunt in auersione a bono incommutabili peccata, quae opponuntur uirtutibus theologice, ut odium Dei, & desperatio, & infidelitas, quia uirtutes theologice habent Deum pro obiecto: ex consequenti autem important conuersionem ad bonum commutabile, inquantum anima deserens Deum, consequenter necesse est, quod ad alia conuertatur. Peccata uero alia principaliter consistunt in conuersione ad commutabile bonum: ex consequenti uerum in auersione ab incommutabili bono. Non enim qui fornicatur, intendit a Deo recedere, sed carnali delectatione frui, ex quo sequitur, quod a Deo recedat.

AD SECUNDVM dicendum, quod ex radice uirtutis potest aliquid procedere dupliciter. Vno modo, directe ex parte ipsius uirtutis, sicut actus procedit ex habitu: & hoc modo, ex uirtuosa radice non potest aliquid peccatum procedere. Hoc enim sensu August. dicit in lib. de liber. arbit. quod uirtute nemo male utitur, quod uirtute nemo male utitur. Alio modo, procedit aliquid ex uirtute indirecte, sicut occasionaliter, & sic nihil prohibet aliquid peccatum ex aliqua uirtute procedere. Sic enim interdum aliqui de uirtutibus superbiunt, secundum illud Augustini. Superbia bonis operibus insidiat, ut pereant: & hoc modo ex timore Dei, uel ex horrore propriorum peccatorum contingit desperatio, inquantum his bonis aliquis male utitur, occasionem ab eis accipiens desperandi.

Secunda Secundae S. Thomae. G ¶ Super

lib. 2. c. 18. & 19. tom. 1. In tertia regula non multum procedit a prim. to. 1. d. 4. 56.

AD TERTIVM dicendum, qd damnati non snt in statu sperandi propter impossibilitatem reditus ad beatitudinem: & ideo qd non sperant, non imputatur eis ad culpam, sed est pars damnationis ipsoru. Sicut et in statu uig, si quis desperaret de eo, quod no est natus adipisci, vel quod non est debitum adipisci non est peccatum, puta si medicus desperet de curatione alicuius infirmi, uel si aliquis desperet se forte diuitias adepturum.

¶ Super questionis nigessime Articulum secundum.

ARTICVLVS II.

Vtrum desperatio sine infidelitate esse possit.

IN art. 2. hoc solum scribendum occurrit, ut bene notes, quo si des stat cum desperatione, ut et hinc intelligas, quo etiam stat cu blasphemia, quae inter Christianos inuenitur uterq; siquidem, blasphemus, & desperans, in particulari tantum sufficit, quod erret.

1. 17. art. 7.

diuina, est negare infinitatem diuinae misericordiae, uel bonitatis, quod est infidelitatis: sed qui desperat, culpam suam praefert misericordiae, uel bonitati diuinae, secundum illud Gen 4. Maior est iniquitas mea, qm ueniã merear: ergo quicumq; desperat, est infidelis.

¶ 2 Praet. Quicumque incidit in haeresim damnatã, est infidelis: sed desperans uidetur incidere in haeresim damnatã, scilicet Nouatianorum, qui dicunt peccata non remitti post baptismum: ergo uidetur quod quicumque desperat, sit infidelis.

SED CONTRA est, quod remoto posteriori no remouetur prius: sed spes est posterior fide, ut supra dictum est: ergo remota spe potest remanere fides. non ergo quicumque desperat, est infidelis.

RESPON. Dicendum, qd infidelitas pertinet ad intellectum, desperatio autem ad uim appetitiuam. Intellectus autem uniuersaliu m est, sed his appetitiua mouetur circa particularis res. Est enim motus appetitiuus ab anima ad res, quae in seipsis particulares sunt. Contingit autem aliquem habentem rectã existimationem in uniuersali circa motum appetitiuum, non recte se habere corrupta eius aestimatione in particulari: quia necesse est, quod ab aestimatione in uniuersali ad appetitum rei particularis perueniatur mediante aestimatione particulari, ut dicitur in 3. * de anima. Sicut ex propositione uniuersali no inferitur conclusio particularis, nisi assumendo particularem. Et inde est, quod aliquis habens rectam fidem in uniuersali, deficit in motu appetitiuo circa particulare, corrupta particulari eius aestimatione p habitum, uel per passionem. Sicut ille qui fornicatur, eligendo fornicationem, ut bonum sibi ut nunc habent corruptam aestimationem in particulari, cum tamen retineat uniuersalem aestimationem ueram, secundum fidem. scilicet, quod fornicatio sit mortale peccatum. Et similiter aliquis retinendo in uniuersali ueram aestimationem fidei, quod scilicet est remissio peccatorum in Ecclesia, potest tamẽ pati motum desperationis, quod scilicet, sibi in tali statu existenti non sit sperandum de uenia, corrupta aestimatione eius circa particulare. Et per hunc modum potest esse desperatio sine infidelitate, sicut & alia peccata mortalia.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod effectus tol-

1. 3. de anima, text. 48. tom. 2.

litur non solum sublata causa prima, sed etiam causa secunda. Vnde de morte spei autem solum sublata uniuersali aestimatione est: sed non sic causa prima certitudinis spei: sed non est causa aestimatione particulari, quae est causa.

AD SECVNDVM dicendum, quod si quis uniuersali aestimaret misericordiam Dei non tantum, esset infidelis: hoc autem non excludit: sed quod sibi in statu illo proprietate particulari dispositionem, non sit de corde sperandum. Et similiter dicendum de certitudine, quod Nouatiani in uniuersali negant nem peccatorum fieri in Ecclesia.

ARTICVLVS III.

Vtrum desperatio sit maximum peccatorum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod desperatio non sit maximum peccatorum. Potest enim esse desperatio absq; in fidelitate, sicut dictum est: sed in fidelitate est maximum peccatorum, quia subruit fundamentum spiritualis aedificii. ergo desperatio no est maximum peccatorum.

¶ 2 Praet. Maiori bono maius malum opponitur, ut patet per Philosophum in 8 Ethic. sed charitas est maior spe, ut dicitur 1. Corint. 13. ergo odium est maius peccatum, quam desperatio.

¶ 3 Praet. In peccato desperationis est solus inordinatus auersio a Deo: sed in aliis peccatis est non solum auersio inordinata a Deo, sed etiam inordinata conuersio. ergo peccatum desperationis non est grauius, sed minus aliis.

SED CONTRA. Peccatum insanabile uidetur esse grauissimu, secundum illud Hier 30. Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua: sed peccatum desperationis est insanabile, secundum illud Hierem. 15. Plaga mea desperabilis reuocari non potest: ergo desperatio est grauissimu peccatum.

RESPON. Dicendum, quod peccata quae opponuntur uirtutibus theologis, sunt secundum suum genus grauiora peccatis aliis. Cum enim uirtutes theologicae habeant Deum pro obiecto, peccata eis opposita important directe, & principaliter auersionem a Deo. In quolibet autem peccato mortali principalis ratio mali, & grauitas est ex hoc, qd auertit se a Deo. Si enim posset esse conuersio ad bonum commutabile: sine auersione a Deo, quia uisus esset inordinata, non esset peccatum mortale. Et ideo illud quod primo, & per se habet auersionem a Deo, est grauissimu peccatum.

Deo, est grauissimu peccatum

inter peccata mortalia. Virtutibus autem theologice opponitur infidelitas, desperatio, & odium Dei, inter quæ odium, & infidelitas, si desperationi cõparetur, inueniuntur secundum se quidem, id est, secundum rationem propriæ speciei, grauiora. Infidelitas enim prouenit ex hoc, quod homo ipsam Deum non credit. Odium uerò Dei prouenit ex hoc, quod uoluntas hominis ipsi diuinæ bonitati contrauiuat. Desperatio autem ex hoc, quod homo non sperat se bonitatem Dei participare. Ex quo patet quod infidelitas, & odium Dei, sunt contra Deum, secundum quod in se est: desperatio autem secundum quod eius bonum participatura nobis. Vnde maius peccatum est, secundum se loquendo, non credere Dei ueritatem, uel odire Deum, quam non sperare consequi gloriam ab ipso: sed si comparetur desperatio ad alia duo peccata ex parte nostra, sic desperatio est periculosior, quia per sepe reuocatur a malis, & inducitur ad bona prosequenda: & ideo sublata spe, refrenate homines labuntur in uitia, & a bonis laboribus retrahuntur. Vnde super illud Prou. 24. Si desperaueris lapsus in die angustiarum, minuetur fortitudo tua, dicitur glo. Nihil est execrabilius desperatione, quam qui habet & in generalibus huius uitæ laboribus, & quod peius est, in fidei certamine constantiam perdit. Et Iud. 7 dicit in lib. de Summo bono. Perpetrare flagitium aliquod, mors animæ est: sed desperare est descendere in infernum. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

A * Gregor. desperationem enumerat inter ea, quæ procedunt ex accidia.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum * est, obiectum spei est bonum arduum possibile adipisci uel per se, uel per alium. Dupliciter potest ergo in aliquo spes deficere de beatitudine obtinenda. Vno modo, quia non reputat eam ut bonum arduum: alio modo, quia non reputat eam ut possibilem adipisci uel per se, uel per alium. Ad hoc autem quod bona spiritualia non sapiant nobis quasi bona, uel non uideantur nobis quasi magna bona, præcipue perducimur per hoc, quod affectus noster est instans amoris delectationum corporalium, inter quas præcipue sunt delectationes ueneræ. Nam ex affectu harum delectationum contingit, quod homo fastidit bona spiritualia, & non sperat ea, quasi quædam bona ardua: & secundum hoc desperatio causatur ex luxuria. Ad hoc autem quod aliquid bonum arduum non æstimet, ut possibile sibi adipisci per se, uel per alium, perducitur ex nimia deiectione, quæ quando in affectu hominis dominatur, uidetur ei quod nunquam possit ad aliquid bonum reuenari. Et quia accidia est tristitia quædam deiectiua spiritus, ideo per hunc modum desperatio ex accidia generatur: hoc autem est proprium obiectum spei, scilicet quod sit possibile. Nam bonum, & arduum etiam ad alias passiones pertinent. Vnde specialius oritur ex accidia. Potest tamen oriri ex luxuria, ratione iam dicta. Vnde patet responsio ad primum.

odii, abominationis, tristitia, de bonis spiritualibus, & ira contra ingerentes spiritualia impediencia carnalia. Hæc enim ex paruipensione spiritualium insurgunt: sed accidia deiectione spiritum sic, ut uideatur quod non possit ad spiritualia bona peruenire, est propria causa desperationis, quæ respicit possibile determinatum futurum bonum arduum.

q. 17. art. 1. & 1. 2. q. 40. art. 1. & 2.

In corp. ar.

ARTICVLVS IIII.

Utrum desperatio ex accidia oriatur.

Super questionis uiginti articulum quartum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod desperatio ex accidia non oriatur. Idem enim non procedit ex diuersis causis: desperatio autem futuri seculi procedit ex luxuria, ut dicitur Greg. 31. Moral. non ergo procedit ex accidia.

¶ 2. Præterea. Sicut spei opponitur desperatio, ita gaudium spirituali opponitur accidia: sed gaudium spirituale procedit ex spe, secundum illud Roma. decimo secundo. Spe gaudentes. ergo accidia procedit ex desperatione, & non e conuerso.

¶ 2. Præterea. Contrariorum contrariæ sunt causæ: sed spes, cui opponitur desperatio, uidetur procedere ex consideratione diuinorum beneficiorum, & maxime ex consideratione incarnationis. Dicit enim Augustinus 13. de Trinitate. Nihil tam necessarium fuit ad erigendum spem nostram, quam ut demonstraretur nobis, quantum nos Deus diligeret. Quid uerò huius rei isto indicio manifestius, quam quod Dei filius naturæ nostræ dignatus est inire consortiū? Ergo desperatio magis procedit ex negligentia huius considerationis, quam ex accidia.

SED CONTRA est, quod 31. Moral.

C AD SECUNDVM dicendum, quod sicut Philosophus dicit in 2. Rhetor. sicut spes facit delectationem, ita etiam homines in delectationibus existentes efficiuntur maioris spei. Et per hunc etiam modum homines in tristitiis existentes, facilius in desperationem incidunt, secundum illud 2. ad Corinth. 2. Ne maioris tristitia absorbeat qui cuiusmodi est: sed tamen quia spei obiectum est bonum, in quod naturaliter tendit appetitus, non autem discedit ab eo naturaliter, sed solum propter aliquod impedimentum superueniens: ideo directius quidem ex spe oritur gaudium, desperatio autem e conuerso ex tristitia.

AD TERTIVM dicendum, quod ipsa negligentia considerandi diuina beneficia, ex accidia prouenit. Homo enim affectus aliqua passione, præcipue illa cogitat, quæ ad illam pertinent passionem. Vnde homo in tristitiis constitutus non de facili aliqua magna & iocunda cogitat, sed solum tristitia, nisi per magnum conatum se auertat a tristibus.

¶ 2. Præterea. Sicut spei opponitur desperatio, ita gaudium spirituali opponitur accidia: sed gaudium spirituale procedit ex spe, secundum illud Roma. decimo secundo. Spe gaudentes. ergo accidia procedit ex desperatione, & non e conuerso.

¶ 2. Præterea. Contrariorum contrariæ sunt causæ: sed spes, cui opponitur desperatio, uidetur procedere ex consideratione diuinorum beneficiorum, & maxime ex consideratione incarnationis. Dicit enim Augustinus 13. de Trinitate. Nihil tam necessarium fuit ad erigendum spem nostram, quam ut demonstraretur nobis, quantum nos Deus diligeret. Quid uerò huius rei isto indicio manifestius, quam quod Dei filius naturæ nostræ dignatus est inire consortiū? Ergo desperatio magis procedit ex negligentia huius considerationis, quam ex accidia.

SED CONTRA est, quod 31. Moral.

QVAESTIO XXI.

De presumptione, in quatuor articulos diuisa.

Super quatuor uiginti articulum primum.

EINDE considerandum est, de presumptione.

Et circa hoc queruntur quatuor.

¶ Primo, Quid sit obiectum presumptionis.

IN art. 1. q. 21. notato Nouitio primo, q. 1. sumptio, licet primo imposta sit ad significandum morale uitium in ordine ad propriam uirtutem, de quo in loco proprio inferius erit questio, translatum tamen est propter G. 2. simili-

Secunda Secunda S. Thomæ.